

Privilegium Sigismundi Ducis Lithvanie quo Jura
et Libertates M. D. L. confirmat.



128

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia
nunc multis enorum et dubiorum occurrimus incommodis, dum gesta et
tis vestre apicibus literarum et testium annotatione perennamus. Proin-
de Nos Sigismundus Dei Gratia, et magnus Dux lithvanie, nec non Ter-
rarum Russie Dominus et heres. Significamus tenore presentium, qui-
bus expedit, universis presentibus, et futuris presentium notitiam habi-
turi, quomodo cupientes terras nostras lithvanie et Russie, in statu
meliori reponere, et commoda earum, quantum cum Deo possumus,
procurare, ac conditionem facere meliorem volentes, insuper ne inter
earundem Terrarum populos divisio, aut aliquod dispendium subsequa-
tur in futurum, quo status Terrarum predictarum laedi possit, sed ut
paribus consolati gratijs, in unitate animorum, et indemnitate volun-
tatum eo ferventius et constantius, pro statu hujusmodi Terrarum, et
commode felicius conservando intendant, mutuo et aspirent, ad no-
straque eo fidelius servitia et obsequia debita invitentur. Unde Princi-
pibus et Bojaris, tam lithvanis, quam Ruthenis predictarum Terra-
rum, vestrarum lithvanie et Russie, de vestre liberalitatis gratia, da-
mus, concedimus, et irrevocabiler tribuimus perpetue duraturum, et
primo quod ad nullius hominis delationem manifestam vel occultam,
aut quamvis aliam suspicionem sinistram, prefatos Principes et Boja-
ros nolumus castigare, et punire, nisi prius in iudicio manifesto iuris
ordine Terrae lithvanie servato realiter fuerint convicti. Deinde quod
prefati Principes et Bojari, Cumque liberi legitimi, omnia bona
hereditaria et paterna pari Jure obtineant, sicut alibi in Christianitate,
dinoscuntur obtinere, et liberam habeant facultatem, ipsa vendendi,
commutandi, donandi, alienandi, et in usus suos beneplacitos, prout
ipsis melius videbitur expedire, convertendi, sic tamen, quod ipsa ali-
enando, commutando, vendendo, vel donando, coram Nobis, aut No-
stris Officialibus resignabunt. Si autem aliquem predictorum Princi-
pum et Bojarum, ab hac luce decedere contingat, uxor manens in sede
viduali in Donis, paternis, et sortis sui permanebit, servitijs nostris, et No-
strorum Successorum non diminutis. Si vero voluerit ad secundas convo-
lare Nuptias, Dotatio per sortem designato gaudebit, bona paterna
liberis legitimis ipsius sortis relinquendo. Si vero pueri non fuerint,
et tunc Germani Fratres hereditaria Bona possidebunt. Servitijs nostris

et.

et Successorum Nostrorum similiter semper in omnibus salvis, de Boni-
tutis autem et Possessionibus, per Serenissimum Principem Dominum Alex-
sandrum alias Viteredum, olim ellagnum Ducem lithuanie Germanum
Nostrum Charissimum felicis memorie et reverentiam Nostram datis, se-
cundum tenorem Privilegiorum, a prefato Germano et nobis obtentorum est
tenendum. Ceterum omnes et singuli Cnecenes, et Subditi dictorum Prin-
cipum et Bojarorum terrarum Nostrarum, ab omni datione et solutione
ellenurorum, que Valialta nuncupantur, quas ab ante Nobis et Prede-
cessoribus Nostris dare consueverant, et attributi fuerunt, sint omnino so-
luti liberi et ab eisdem exempti. Nichilominus tamen in predictis
Principibus et Bojaris, et Subditis eorundem Castrorum edificationes
et reformationes, et vias expeditionales in ipsorum propriis expensis, ad
quas ab antiquo tenebantur, sine quibus etiam Terre nostre bene stare
non possunt, pro Nobis et Nostris Successoribus reservamus, alijs labori-
bus Castrorum Nostrorum a sepe dictorum Principum et Bojarorum
hominibus omnino exclusis. Preterea etiam concedimus et permittimus,
ut Principes et Bojari Ruthenorum arma seu Nobilitatis clenodia defer-
re possint et eis uti, quemadmodum lithvani prius tamen habito con-
sensu Fratrum eius Genealogie de Regno Polonie, per lithvanos ad pre-
dicta clenodia assumantur. Potremo omnes literas, Privilegia, et gra-
tias Ecclesijs Ducibus, et Bojaris Terrarum Nostrarum, sub quibuscum-
que conditionibus, articulis, seu sententijs, per superius expressum Ger-
manum Nostrum datas, et concessas, patrocinio presentis Nostris Pri-
vilegij denuo innovantes confirmamus, gratificamus, ratificamus, et appro-
bamus, decernentes ipsas robur perpetue firmitatis obtinere. In cuius
rei testimonium et robur firmitatis Sigillo elltis Nostris subpendenti
presentes fecimus communiri. Actum et Datum in Castro Nostris Tro-
li ipso Die Ascensionis Ani. Anno ejusdem M34. Presentibus
ellgis throniis Cnecili Castellano Vilnen. Georgio alias Giedigold de
Vishniowa, Bergal de Deuoyottowo Chodhowe, et Nobili Nicolao Cnis
Nostris Notario, qui presentia habuit in Commissis, alijsque quam
pluribus Testibus fide dignis.